Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1705

Quelle:
Copyright:

currit, sed additur: *Finitus est iste tractatus anno millesimo 400 primo.*

VI. *fol.* 137. p. 2. absque titulo Enarratio *Passionis* Dominicae ducto initio a *Matth.* C. 26. *Et factum est, cum consummasset Ihesus sermones hos omnes* &c. Glossa. *Videlicet tempus est consummacionis seculi* &c.

VII. *fol.* 148. p. 2. Alia similis Enarratio, quae vero orditur a *Joh.* C. 18. *Egressus est ihesus cum discipulis suis trans torrentem cedron* &c. *Postquam christus surrexisset a cena ympno dicto i. graciarum actione transiuit ad ortum* &c. Utraque haec Enarratio, si methodum spectes, satis conspirat cum ea, quam inter *Hussi* Opera vulgarunt edit. *cit.* T. II. p. 12.

VIII. *fol.* 165. *Incipiunt propositiones et articuli Reuerendissimi in christo patris Richardi primatis ybernie* &c. Exacte, ut *Codd.* DXLVII. et aliis, ad quos remitto. *Armacanus* nempe *Wiclefianis* et *Hussitis* dignissimus omnibus titulis videbatur.

IX. *fol.* 176. p. 2. *Sermo Richardi episcopi Archiepiscopi sancti Pauli londonienſ.* &c. inepte, ut *Cod.* CCCCX. quem vide. Ad calcem hic: *Finitum est anno Domini millesimo 400 primo ante Judica in Praga et eodem anno facta est magna dissensio inter regem et dominos et regem Vngarie. Item eodem anno presbiteri in Bydzowia iuueni* (Neubiczow in Prov. Reginaehradec.) *obtinuerunt sententias super fratres minores de infamia Johannis presbiteri pro tunc predicatoris in predicto loco.*

X. *fol.* 184. p. 2. Sermo *ἀνεπιγραφος* tractans de Praeceptis Decalogi hoc initio: *Rex nabuchodonosor vidit statuam in sompno* &c. Nabuchodonosor dicitur *homo peccator*, Daniel *predicator*, lapis avulsus *christus dominus de uirgine natus* &c.

CCCCXXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 105. 4. currente calamo non ab una manu perscriptus, continet sequentia: I. *Sermones M. H. quos voluit proponere coram concilio.* Prior in edit. *Opp. Hussi* T. I. 1715. p. 60. f. inscribitur: *De Fidei suæ elucidatione*, et incipit: *Quia sine fide impossibile est* &c. Alter titulum *De Pace* praefert p. 65. hoc initio: *Dominus noster ihesus christus perfectus mundi redemptor* &c. 910

II. *fol.* 18. p. 2. Quaestiones V. Theologicae disputatae, quarum 1.) *Vtrum lex ihesu christi veri dei et veri hominis per se sufficit ad regimen ecclesie militantis.* 2.) *Vtrum a primo ente intellectiuo et immutabili omnipotenti omniscienti dependeat optima dispocicio vniuersi.* 3.) *Vtrum deus, qui est principium et finis omnium producens res ad extra immutabiliter, regat mundum optime. et ad actum malum non concurrens permittat beniuole fore malum.* 4.) *Vtrum omne testimonium fidei*